



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Ecclesia**

**Buchinger, Michael**

**Dilingae in Rhetia, 1556**

**VD16 B 8998**

Ad 2. orbis lumina paraclesis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64468](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64468)

usq; ad tempus magis oportunum, Nam introdu-  
ctiones tantum scribimus. &c.

Ad duo Orbis Christiani Lumi-  
na, Paraclesis.

**H**Oc pensa ô pontifex Maxume: præcogita  
pater Beatissime, qui uices Christi geris  
in terris, cuius interest tantas Christi ini-  
urias & fidelium ulcisci. Moueat te diuina pie-  
tas, & miserere christianitatis tuæ, qui scis &  
potes, cui ad nutum omnes christiani catholici  
principes, uindicaturi christianorū iniurias (cō-  
tra lunigeros Sarmatas) facile obtemperabunt,  
iacula præuisa minus feriūt. Moueat te fides Pe-  
tri, moueāt te dilacerata sanctorū reliquiæ, ædes  
sacræ euersæ. Eccē, proh dolor, templa Dei, pro-  
phanata sterquilinijs sunt, Reliquiæ martyrū &  
aliorum sanctorū iam cum Christo regnantium,  
cū sanctissima eucharistia, aut porcis aut canibus  
objiciuntur, aut pedibus conculcantur. Iam sacra  
ecclesiastica disiciuntur atq; proteruntur. Iam  
nulla statua sine singulari probro dimittitur. Ba-  
silicæ euertuntur. Sacerdotum collegia fugātur,  
cūcta mæror ingens ueluti diffusa caligo occupat,  
quandò omnia nunc sacra tanto turbine atque  
intemperie, summa cum ignominia christiani no-  
minis,

ΕΠΙΦΩΝΗ  
μα, quod  
in fine ac-  
clamatur.

minis, ac maximo cum periculo Romani imperij  
miscentur. Vbi ecclesiasticæ disciplinae uigor?  
Vbi canonum reuerentia, quando diuina, huma-  
na, sacra, profana, commixta sunt omnia? Vbi  
nunc sincere orthodoxi? Quis hæreticorum  
Communionem se pollui existimat? Sūma: ex chri-  
stianismo prolapsi filij tenebrarum in ethnicis-  
mum & Babylonismum. &c. O ignominia gentis  
christianæ, ô dedecus nostri nominis sempiternū.  
O seculum illud infœlix: ô ferreum seculum. O ne-  
detestabile uitium, resq; nunquàm audita. O ne-  
phas inexpiādum. O Lemnium malum prohi-  
pudentiam impudicam. Terris tandem dij auer-  
tite pestem. Euigila ergo animo, Heli memento,  
qui in filios Ophni & Phinees negligens, grauem  
in se excepit ultionem, fractis ceruicibus, perem-  
ptis liberis, Ablata Arca.

Præficitur pastor baculo munitus adunco.  
Ut uigili errantibus lumine seruet oues.

ET TV DIVE CAROLE qui totius chris-  
tiani orbis uel Hyperassistes i. defensor es sce-  
ptiferus, haud dissimilis Pelleo magnanimo, seu  
Cæsari dictatori: te alloquor, & olitor aliquan-  
do opportuna locutus est, à magnanimitate enim  
Maiores

Maiorum tuorum minime degeneras, sed ueluti  
 hereditaria accepisti uirtutem: Viuunt in te Im-  
 peratoris Maximiliani Aui uirtutes: Viuit, in-  
 quam, adhuc recens, & posteritate ipsa crescit  
 proauit tui Friderici uiri forssimi memoria, Ho-  
 nestos ille labores, pro ludo habuit, terris iacta-  
 tus & alto: uoluptatem & ocium non secus sua-  
 giebat (pestem teterrimam) ac Maximilianus.  
 Quot hyemes sub pellibus egit Maximilianus,  
 pius, foelix, Augustus: quantis angustijs sua se ui-  
 gilia expediuit Fridericus? Quid obtinuit,  
 quo non summa cum laude sit perfunctus? debent  
 illa pectori tuo, Maxime Caesar, infixae sedere:  
 onerant alias te tuorum imagines, non illustrant,  
 nisi quibus factis illi sibi nobilitatem pepererunt,  
 ijs tu tuearis imagines eorum, et alas eorum titula.  
 Huc te uocat generis tui Habspurgici claritas, huc  
 patriae pietas, aderunt fortibus ausis superi fauē-  
 tes. Audaces adiuuat ipse Deus. In re honesta su-  
 us cuique animus Deus est. Sic sic itur ad caelum.  
 Maxima pars stadij tibi iam decursa est: hoc ala-  
 crius ad metam propera, quo propior es. Tuis  
 humeris innixa est patria. Illi despondebunt ani-  
 mum, nisi eum praestiteris, quem semper esse iu-  
 dicarunt. Haec ruitura est si te subduxeris. Ardua  
 est, iuxta Hesiodum, uia, sed in uertice manet ina-  
 est ima

est ima

estimabile præmium. Vere regium, magniq; animi est, male audire, quum benefeceris. Asina per medios ignes succurit suo foxtui, & Imperator fortissimus destituet patriã periclitantem? cuius pars sunt & liberi? Eò ergo perge, nõ quo te reuocat mundus, sed quo te uocat Christus. An te remoratur difficultas, ubi cœlum promittitur? An dubitas de præmio, ubi promissor est Deus? Deus Opt. Max. hoc sanctissimũ propositum tuũ confirmet & adiuuet. Amen. Amen. Non autem hæc scribo, Potentissime Caesar, quo te cessantem extimulem, sed quo sponte currenti calcar (quod aiunt) addam. &c. TV hæctenus hucusq; strenuissimus Athleta S. Romanæ ecclesiæ exististi fortissimus Tu Caesar: Imperator: Auguste

Caesar m̄ dominus m̄di es iuxta l. deprecatio. ff. ad legem di domi rhod. de iactu. cū concordia textus in c. in apibus nus est. 7. q. 1. ac glo. in c. Ius quiritũ 1. dist. & c. Tu A-

De Apro-  
disii expu-  
gnat. Epi-  
grãmata  
pulcherri.  
scripsere,  
Adolphus  
Mauri Mahadum appellant. ) Expugnator, anno 1550. Et ultra Herculeas colūnas progressus, (ut omittam extremas occidentales Indias nullis seculis ante cognitās) christianum nomen ad Ethiopas horridos & Indos, ad Nilum usque ad

ad Gangem propagasti: Aequinoctialem tibi Meterchus  
 circulum latentem haecenus et furentem, atq; ar- Brugēsis,  
 dore solis adustam, antiquorum opinōe, Zonam, u & Confal-  
 paucis exceptis, tibi parauit Deus, populis re- lius.  
 fertissimam, amenam, huberem, fortunatissi-  
 mam, auro & candentibus margaritis & con-  
 chis abundantes. Te gallus: (anno 1525. huius pra-  
 lij dies incidit in Natalem Caesaris, 24. diem Fe-  
 buarij, Ligur, anno 1521. Venetus, paulo post.  
 Thuscus, anno 1555. horruit. Latium tremuit,  
 anno 1527. Eodē anno tuas cohortes uidit maxu-  
 ma septicollis (septicollim autem Graeci επτα-  
 βρυον uocāt.) Roma. Ceruicem tibi submitit Sa-  
 xonicus Dux Ioannes Fridericus, Septemuir: &  
 Catthimelibocēsū princeps Philippus, an. 1546.  
 & 47. Cesserunt Mauri truces, Arabes: Numi-  
 da: & niger Garamas cū Hariadeno, anno 2535.  
 Quādo Muleassen restituiſti: Et an. 1541. quādo Vide Pau.  
 Argierā obsedisti, quamuis sinistrè successus re- Iou. li. 33.  
 sponderit Dño Deo sic permittente ut hominē te Nicolaum  
 esse agnosceres. Tua & Sororij tui Lusitani, uir- Villagog-  
 tute bellica, uictis regibus, subacta est Canonora, nonen.  
 uicti Cucini, & Calocutha: Malachæ regē, armis Michaëlē  
 defensionē parantē tributariū fecerunt tui tria- Brutum.  
 rij: & aut Molucca omnium aromatum productrix,  
 quā F. Magellanus primū detexit: ut omittā inte-

rim Baduriū Cambaie regē. Mexicana Perurana, & Cuscana regna. Perge in incepto fidei negotio, tibi enim datū est pacem placidā orbi mittere: Vomica, chironium hulcus, & phagedena maturuit, res ad restim redijt.

Quare te potētissime Caesar, per luculētissimas maiorum tuorum imagines, per egregiā indolem, per sapientiæ laudem cui semper studuisti: per Patriæ expectationem: per bene auspiciata laudum tuarū initia, obtestor, ne committas, ut quum haecenus ceteros uiceris, à teipso superatus uidearis. Dij tuum propositum cōfirmant, utere foelicibus fatis: Breuiter. ΠΑΥΤΟΙΝΩΣ ΑΡΕΤΗΣ ΜΙΜΝΗΣΚΕΟ &c. Fer suppetias, obsecro, Luciferæ Dei ecclesiæ: ecce clamat ad te suum Esdrā et Iosue, submittit se se tuis pedibus: id ipsum Deus sponsus à te efflagitat, ratio suadet, Leges iubēt. en fundi nostri calamitas, in Democriti puteo iā omnis ueritas delitescit. Fac ut reflorescat prisca fidei ueritas, Nam murem in pera nutrire, q̄ tutum sit, prouerbium docet: Anguis torpentem frigore herinacium domi suscepit, qui calefactus extensis pennis anguem domo pepulit. &c. Mentium efficacissimus transformator, dominus, erit protector uitæ tue & à quo trepidabis? Mittet ei bi auxilium de sancto, & de Zion tuebitur te.

Tris

Id est, uniuersæ uirtutis memento.

Tribuet tibi secundum cor tuum, & omne consi-  
 lium tuum confirmabit. Deus objicit clypeum suum  
 in bello, inquit Homerus, ut principes tueatur,  
 qui & Palladem deam Achilli adfuisse finxit. Equus  
 quidem paratur ad belli diem, sed à domino  
 Deo, bellicoso parmulario, est saluatio. Soter in-  
 quam tecum est, Hier. 20. tanquam fortis bella-  
 tor, ideo qui tua negotia remorantur & perse-  
 quuntur, cadent: Patrium est enim Romanis alijs  
 imperare, inquit Dionys. Halicarnasseus. Quid  
 ergo aduersus stimulum calcas pseudoangelice?  
 Non deseretur Romanum Imperium. Nosti Ho-  
 mericum illud. Aeneas τρωες στυ αρα ξεει Nosti  
 Vergilianum: Imperium sine fine dedi: Rursum:  
 Romanos rerum dominos: Vt enim homo, inquit  
 Florus, qui animantium solus rationis ac cogita-  
 tionis particeps est, ceteris omnibus praefertur  
 animalibus. Ita, Roma. Imperium ceterarum gen-  
 tium imperia atq; respu. excelluit dignitate, etc.  
 Collige igitur, Caesar, te ipsum, uehemētis nanq;  
 composuisti, animorum motus, exitia interuertis-  
 sti: tumultus compescuisti. Licuit autem illud tuae  
 reputationi, ac Caesareae Maiestati: Bonos in pa-  
 ce conseruare, & inquietos perduelliones, qui  
 rescindunt decreta, castigare. Nam sicut oculus  
 innatus est corpori: ita & tu Imperator Maxi-

Ff me

Prou. 21.

Romanis  
patriū Im-  
perare.Vide Oro-  
sium lib. 5.

**C**arolus. *me mūdo adaptatus es: Quod nobis cecinit Agas-*  
**Cū** Augu- *petus his uerbis. Ωυπερ οφθαλμοσ ενπεφικε*  
**sto,** *ταε:*  
**lix** Cum *σωατι, ουτω βασιλευσ τω κοσμω ενηρμωσ*  
**Traiano,** *σαι. etc. Sic sic: Immortalis eris nunquam tua fas-*  
**iustus.** *ma peribit: Stabunt aeternos fortia coepta dies.*  
**Constanti-** *Nō est prolōgata manus domini, ueniet fides, &*  
**no, religio-** *illa tēporis filia, VERITAS, uictrix stabit. Res-*  
**sus.** *dibit lux pristina ecclesiae, sarcietur unitas, cul-*  
**Theodo-** *tusq; religiois in pristinum dignitatis gradū cum*  
**sio, pius.** *usura restituetur: Humiliabitur superbia Assur,*  
**Carolo** *& sceptrum Aegypti recedet.*  
**magno, ui-** *Aurea quippe prius longis amissa diebus.*  
**etorius** *Aetas his ualidis manibus reuocata redibit.*  
**Cum Pō-** *Resque suas modicas humilis cū diuite pauper*  
**peio Ma-** *Aequabit, ueluti fertur uixisse uetustas.*  
**gno, tellu-**  
**rem pede-**  
**uliat**  
**Zach. 2.**

Et alius.

Regnabit pietas caelo demissa sereno.

A qua descendit quicquid ubiq; boni est.

**A V R E A** Ipse redibit amor, ratio instituetur honesti.

**A E T A S.**

Mutabit mores impia turba suos.

Iustitiae studium ciues uenerabitur inter.

Et quae nunc uirtus undiq; spreta iacet.

**Hesai. 2.**

In falcem durus curuam formabitur ensis.

Quae modo saeva gerit praelia uertet humum.

Veraq; nutanti iam pax donabitur orbi.

Aurea saturni tempora regis erunt.

Epis

Epinicion seu uictoriale & gratus  
latorium carnem.

I cito maxime rex, tibi sic Deus oro benignum.

Præstet iter faueat principijsq; tuis.

Ecce humeris defers mundi, rex fortis habenas.

Iure tibi paret quicquid in orbe uides.

ΤΕΛΟΣ.

### ECCLESIAE.

Exhortatio ad Christifideles.

Alumnos.

Quocirca state mecum Christus enim sponsus  
meus dilectus, uobis promisit ultima in coena, di-  
cens. Alium paracletum dabit uobis, ut ma- <sup>Ioann. 14</sup>  
neat uobiscum in aeternum, Spiritum ueritatis, et  
iterum: Non relinquam uos orphanos, ueniam ad  
uos: atque iterum in eodem loco: Paracletus Spi-  
ritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo,  
ille docebit uos omnia, & suggeret uobis omnia,  
quaecunq; dixero uobis. Hoc dubio procul factum  
est, proinde non est necesse, ut imbibita doctrina,  
ex ipsis fontibus pietatis nostrae hausta, ab Apo-  
stolorum tempore sanctissime conseruata, aliquorū  
ampullosis, leuibus, inauditis susurris præponatis.  
Perdilecta igitur SVNAMITIS, (q̄ haften⁹ for-  
titer uicisti om̄igenos hostes, olim nullis supabilis

Ff 2 armis

armis, & quam nūquam potuit prosternere bel-  
lica uirtus) reuertere, reuertere, Reuertere ad  
me dicit dominus omnipotens, Iob. 14. Tit. 1. cā.  
6. Hier. 3. 4. Reg. 17. Ezech. 18. Malach. 3. etc.  
et ego suscipiam: Remea ad uerum Christi ouile.  
Cognosce te ipsum: cōuertere ad dominū: ora ue-  
niam: Synaxin rite celebra. Seduxerunt te uiri  
pacifici tui, Hie. 38. prostrauit te subdola lingua  
nigelli zythobibuli. Et Esa. 3. popule meus, qui  
te beatum dicunt, ipsi te decipiunt: Quid te sedu-  
ci pateris?

Ah procul à recto seducta uagaris ouili.

C. Vom.

Ah miseranda feris es modo præda lupis.

Reuoca maiorum fidē, pestiferos scetus cijce,  
quid enim ab alijs sperādum. Præponite, charissi-  
mi, uobis Herculis exēplū, qui adhuc Ephebus &  
in prætextata ætate cū ad biuiū illud quod à Py-  
thagora in forma υψιλον literæ figuratum est  
peruenisset, repulsa uoluptate totis ut aiunt ul-  
nis uirtutem cōplexus est. Insistite uestigijs san-  
ctissimorum patrum, non sunt blesti, balbi, Pytha-  
gorei: &c. In me manserunt & ego pro eis steti.  
Et quid pulchrius quàm prudentē: quid honestius  
quàm temperatum: quid maius quàm fortem es-  
se dici? Fidei catholicæ professio, nunquam à Chris-  
tifi delibus eripitur, nec surripi potest, neq; nau-  
fragio,

fragio, neq; incendio amittitur, nec ui tempe-  
statu, nec perturbatione tēporum mutatur: Hæc  
se possidentes diuinos efficit: &c. Submitte spon-  
so meo Christo Iesu, qui sanguine suo precioso  
uineam illam Engaddi rigauit, animos uestros, &  
demissis spiritibus ad seruiendum ei, lacrumas,  
præces energiticas & intensas effundite, ut pro  
sua uoluntate uobis impertiatur misericordiam  
suam, ut sicut animus uester superbia impiorum  
consternatus est, ita rursum ex afflictione conse-  
quatur gloria. Vbi nunc animi uestri constantia?  
literæ: fides: Iuramentum: non uos seducit spon-  
sa Christi, (Qui enim Christum sequitur, per e-  
ius uestigia usq; ad æternæ lucis solium transmea-

bit) tu contra audentior ito.

Fidite uirtuti fortuna fugatior undis.

Non manet & certam nescit habere domum.

Etiam si, inquam, ultra Getas relegati essetis,  
non negabo uos. Quamobrē nunc filioli qui pres-  
byteri estis populi Dei, & ex uobis pendet ani-  
mus subditorum, uita & prædicatione uestra il-  
lorū animi eriguntur: (integritas præsidet, sa-  
lus est subditorū.) Agite ante omnia gratias do-  
mino Deo nostro, qui tentat, quemad. & patres  
uestros charissimos filios: Reputate hæc ipsa  
supplicia esse & flagella domini, quibus quasi

Es 3 trans=

Ambr. de  
mysterio  
paschæ  
cap. 5.

Mantua  
nus. Car  
melita.

Pascere d  
cet Chri-  
stus nō dī  
spescere.

transgressores uos castigat dominus: ponite idcirco fiduciam & spem uestram in domino, & ipse sponsus meus, pater cœlestis, uos mirabiliter & stupendis modis enutriet non tardabit. Non dabit in æternum fluctuationem iusto, Psal. 54. Quid enim illo ditius? Quid illustrius eo? Quid illo potentius? Quid augustius? Quid fortius atq; inuictius? Quid triumphātius? Sapiētius? formosius? Quid efficacius? Qui simplici nutu cōdidit uniuersa: Qui omnes cōsolatur, erigit, armat, docet, monet, trahit, rapit, mutat, transformat, omnibus undiq; obuius: Qui nostrū hunc limum induit, nostra tectus forma, nostram humanitatem assumpsit (excepta culpa) ut nos immortalitatis gloria uestiret, & in sui, hoc est summi boni communionē assereret: ad cuius iussum silescit mare, uertuntur rerum species, surgunt morbi, concidunt armati, pelluntur demones, seruiunt elementa, scinduntur petrae, reuiuiscunt mortui, resipiscūt peccatores, deniq; nouantur omnia: cuius immensitas adoranda magis quā explicāda. &c. **QUERITE** ergo clinicum dum inueniri potest: inuocate eum dum prope est: (multorum seruus est, qui subiectus est uitys, inquit, D. Ambrosi. de Iacob. libr. 2. cap. 3.) derelinquat impius uiam suam, & uir  
ini

Luc. 13.  
Esal 55.

iniquus cogitationes suas & reuertatur ad dile-  
 ctum meum et miserebitur eius, & ad Deum no-  
 strum quoniam multus est ad ignoscendum. Ex-  
 clamate cū Hieremia. Domine cognouimus im-  
 pietates nostras, & iniquitates patrum nostro- Hiere. 14.  
 rum (delinquentium) quia peccauius tibi. Ne  
 des nos opprobrium propter nomen tuum, neq;  
 facias nobis contumeliam, soli gloria tua recor-  
 dare, ne irritum facias fœdus tuum quod nobiscū  
 habes: &c. Diligite dominum omnes sancti eius, Psal. 51.  
 fidos enim tuetur dominus, & abunde retribuit  
 his qui superbè agunt. Eia ergo filioli, in os sa-  
 cro-san-ctum paranympsi mei oculos uestros fi-  
 gite: huc aures cordis admouete: ille enim Ianua,  
 Ioan. 10. Ille uia, uita, ueritas: Ioan. 1. 14. Ille  
 scala sanguinis & aquæ, hanc uidit Iacob: in  
 illa angeli descenderunt & ascenderunt. Ille  
 lactea per quam descendere & ascendere debent  
 aroma precum uestrarum plenis acerris. Ha-  
 derech, Lechu Bo, Ki Thaæminu, ve id est, Hæc  
 Ki Thasmeilu, inqt Esaias de orthodoxa do- est uia, am-  
 ctina, ca. 39. Eia, iterum dico charissimi, puras bulate in  
 & innocentes manus uestras orantes extēdite. ea, tam hi  
 Tim, 2. Io. 9. fiducia, 1. Io. 3. habete erga Deū, qui ad dex-  
 et quicquid petieritis, accipietis ab eo. Præcepta trā declina-  
 eius custodite, & ea quæ sunt placita coram eo, ti. q̄ qui  
ad iuustrā

Es 4 facis

facite. Et Ambrosius de Abraham. lib. 2. cap. 10.  
Talem te præbe fili, inquit, bonis studijs, & præ-  
pta fide, ut Deus tui misereatur, & uocet te  
sicut ecclesiam uocauit, dicens. palam factus sum  
quærentibus me, apparui ijs qui me non interro-  
gabāt. &c. Constantes estote, & obfirmetur cor  
uestrum omnes qui speratis in dominum: Fratres  
quidem nostri & olim filioli qui ubera mea suxe-  
runt, Ab longe facti sunt à me, & noti quasi alie-  
ni recesserunt à me, dereliquerunt me propin-  
qui mei, & qui me nouerant, obliuioni nos tra-  
diderunt. Quibus olim dedi sanctum. Baptismū,  
sacros ordines: &c. ij, Vniclegphici porci Husia-  
tica glande saginati, nūc rabie canina immanissi-  
mos edunt contra me latratus ut me dirumpant.  
Lippus ille nigellus ueterator, & homo factus  
ad lites, perfidē fidem uiolauit. Pro summis be-  
neficijs summum malefium reddidit. Me matrē  
perturbauit, à qua fuerat nudus egensq; receptus  
olim. In quo neq; legū metus: neq; ratio, neq; ius-  
iurandi relligio, nec æquitas ulla, nec inferni cru-  
ciatus perpetui, nec numinis ullius reuerentia, &  
metus, neq; ætatis pudor, & cui nihil canicies Pa-  
trū. Si liberos Medæ Colchidis instar, mactassē,  
pœnam non fugerem condignam: Sed nunc quan-  
do proprijs factis talia dantur, nequeo non flere  
immes

Hiob. 91.  
Psal. 119,

*immeritum malum. Sors autem mea tu domine  
 deus, in hoc sum ut custodiā uerba tua: Vultum  
 tuum deprecor ex toto corde, ut miserearis iux-  
 tã sermonē tuū: Orphani sunt charissimi mei,  
 irrisi, flagellantur toto die, ecce cohæredes tui  
 sunt, Rom. 8. Tu Sponse, illorum uulnera por-  
 tasti, sauciatus es pro ipsis. Verum, Ba hæ-  
 buratho nirpalanu: hoc est, eius plagis  
 nobis medela & salus contigit, Esai. 53. Posuit,  
 inquit Ambros. de fide lib. 2. cap. 1. animam su-  
 am ut nostram leuaret, &c. Pro illis supplico  
 misericors deus, domine exercitū. Reuertere  
 obsecrō, respice de cælis, et uide, & uisita præ-  
 paraq; Vineam istam, quam plantauit dextera  
 tua, Psalm. 79. Nequando dicant gentes ubi est  
 deus eorū: Tempore tribulationis meæ te (ex-  
 tremam ancoram, & postremum subsidium)  
 inuoco domine, Psa. 86. nam tu exaudis me. Vi-  
 olenti insurrexerunt in me, & cætus audacium  
 quærunť animas fratrum meorum, neq; habent  
 te præ oculis tuis, Sed quemad. in summa rerum  
 desperatione, Nautæ solent sacram iacere an-  
 coram. Ita ego dispectis omnibus ad te sponsum  
 amabilem, propitium cōfugio. Nisi tu deus, ue-  
 lut ἀπόμυχωνς, id est, ex improviso, huc te  
 ad me cōferas, ecce funditus interij. Tu domine*

ff 5 deus

deus clemens & misericors, qui tardus es ad irascendum, sed propensus ad ignoscendum, lento enim gradu diuina procedis ira, conuerte re ad me & miserere mei, da robur ac salutē mi sero tuo popello, ecce filii mei sunt quos mihi tradidisti in lauacro regenerationis, a te enim expecto τρισυγίας ἀπακαλυψεῖς, id est, ter sanctas reuelationes. Fac mecum signum in bonum, ut eo uiso pudefiant osiores mei, quod tu domine auxilium & consolationem tuleris mihi: Quod promissisti Sponse prestabis nec dif fido, cognosce & uide, quod nihil mali molior, nihil praeuaricationis, nihil in te peccaui. Sēper in corde meo abscondi eloquia tua: Ipsi uero spu rij uenantur animā ut tollant eam: Venerunt in

**Psal. 118.** hereditatem tuā, uoluerunt sanctū templū tuū posuerunt morticina seruatorū tuorū escas uola tilibus celi, carnes sanctorū tuorū bestijs terrae:

**Psal. 78.** sed tu iudica inter me et illos. Et quare (iterum  
**1. Mach. 7.** dico) dilecte mi sic persequeris me: lama ha  
**Chaldai** zautani: Quid enim ego designaui? Quid uerō  
**ce lamafa** mali est in manu mea? fremuerūt gētes, & po  
**bactani.** puli meditati sunt inania: concursarunt reges

**Math. 27.** terrae, et principes conuenerūt in unū, aduersus sponsam et populū eius. Diuiserūt sibi uestimē taui ea, et super uestē meā miserūt sortē, **Psa. 21**

**Psal. 119.** **Math.**

Math. 27. uerum uerbum Christe lucerna est  
 pedibus meis, & lux ad iter meum, iuravi, idq;  
 constanter prestabo, ut custodiam iudicia iusti-  
 tiae tuae. Adieci animum meum decretis tuis, &  
 exequar illa in finem usq;, & adeo aeternum.  
 Aggrediuntur nos inimici nostri copia iniuriarum  
 et iniustitia, ut nos funditus deleant: sed tu ar-  
 chidoctor illos in conspectu meo conficies: Fac  
 illis sicut Madian & Sysare: sicut Iabin in tor- **Psal. 82.**  
 rente Cyson. Pone principes eorum, sicut Oreb  
 zeb & zebec & Salmana. Contudisti olim  
 Amalechitas, contriuisisti Moabitas, Confregis-  
 sisti Ammonitas, deleisti Edomitas forti manu,  
 atq; brachio extento tuo: Ah contunde nunc  
 eadem ira & contere, et confringe, & dele ini-  
 micos christicidas, capita draconis. Perseuerate  
 ergo in uestigijs praedecessorum uestro-  
 rum, nolite lecti sternia uestra propria defada-  
 re: proprio enim ligone seipsum percutere, uine  
 taq; sua cadere, ac in facta a se fouea decidere, q;  
 imprudens incautusq; sit, uel lippis atq; torsoribus  
 notum est. Iactet in nos contumelias aduersarij, nos  
 cause confidimus, causa iustissimam tuemur in qua  
 non dubitamus quicquam subesse fraudis. A terrore eo-  
 rum ne formidetis, uobis sic uiuendum est, ut si fra-  
 ctus illabatur orbis, impauidos feriat ruina, datum  
 quidem

quidē est illis uincere, sed ad tempus. Neq̄ ante  
mo frangamini, Labeone enim Oreste q̄; in sanio-  
res sunt: Quod non debent, agunt: quod non  
uolunt, adinueniunt: Qui ergo se ipsis coniungit  
diaboli uiscario intricatur, in sinu ignem de-  
fert, hamum deuorat. Quin potius Dominū ex-  
ercitū ipsam sanctificate, Is sit timor uester,  
pauor uester. Cauete Spermologos, clamosas  
scraptias, solā fidem identidē iustificare, blate-  
rantes: Hęc enim quā profint, uidete in Chris-  
ti Cōtionum exordio & epilogo Mat. 5. 6. 7.  
Luc: 6. Ioan. 14. 15. 16. 17. Iac. 1. 2. &c. Seruire  
re deo nihil aliud est, quā bonis operibus tue-  
ri & cōseruare iustitiā, inquit Lact. de falsa sa-  
pien. li. 3. ca. 9. Vide de operibus fidelīū, Aug.  
cōcio. 1. in Psal. 103. Hilar. in Psal. 129. Ambr.  
in cap. Rom. 14. & in 1. Cor. 7. & in 2. Co. 7.  
& li. 2. offic. ca. 2. et de uocatione gentiū li. 1.  
ca. 3. 8. 9. Vide eundem Am. li. 2. de fide ca. 4.  
& in prol. lib. 2. Greg. li. Moraliū 32. ca. 2. &  
li. 9. ca. 14. & 26. Aug. in Psal. 118. concio. 11.  
& 12. & idem Aug. in Psal. 120, & in Psal. 121  
& 134. Amb. in ca. Rom. 5. Hieronij. li. 2. ad  
Gal. ca. 5. Aug. in Apocal. Hom. 2. Cyril. in E-  
uangeliū Ioan. li. 9. ca. 30. 32. 33. 34. Ambr.  
lib. 4. epist. 1. &c. Loci hi sunt tibi filij stupa &  
cera

Seruire  
deo quid.

cera contra Seirenas (Poëta fingunt, tres fuisse  
 filias Acheoloi) circumueniunt certè uos lubrici  
 mille mæandris. Sūma, estote fideles usq; ad mor-  
 tē, & habebitis coronā uitæ. apo. 2. Quia nō est  
 deficientia timentibus deū, Psal. 34. Baiom Hoseæ 6:  
 halisli iekimenu, uenihie Lephanaf, Psal. 103.  
 hoc est, in die tertia suscitabit nos, & uiuemus  
 in cōspectu eius. Fer igitur opē Christe, qua de-  
 fendamur ab improborū matricidarū morsibus  
 quoniā te nitimur, & in nomine tuo, dilecte mi,  
 Nō erit nobis formidabilis ullus Harmagedon et  
 Misanthropos, ἀπολλύων, Apocal. 9. Exter-  
 minator, 1. Cor. 10. scismaticus, Hostis bestia. 2. Theff. 2.

Oratio ecclesiæ ad dilectum

Sponsum.

Anna iehoua, hoschia, na Anna Psal. 117.  
 iehoua, Hatziliah, na. Hoc est ô domine  
 saluum me fac: ô domine, bene prosperare: Ex-  
 cita potentiā tuā & ueni, & quod ecclesiæ tuæ  
 promissisti, usq; in finem seculi clementer opera-  
 re. Hoc fac pie IHESV & citissime, fiat, fiat:  
 dicat omnis ecclesia, Ieamen.

FINIS Paracleseos.

Liuide pone tuum tandem exitiale uenenum.

Non alium ledis te furor ipse necat.